UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Universitätsbibliothek Paderborn**

# Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

395. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Visual Library

ipſe Epiſcopus exoratus concedere voluerit. Hoc etiam ſynodus Nicæna ſtatuit, ut abjectum ab altero Clericum altera Eccleſia non recipiat.

Item de ſervis ordinandis. *Ex Concilio Toletano.*

CCCXCIV. Quicunque libertatem à dominis ſuis ita percipiunt ut nullum ſibimet in eis obſequium patronus retentet, iſti, ſi ſine crimine ſunt, ad clericatus ordinem liberè ſuſcipiantur, quia directa manumiſſione abſoluti noſcuntur. Qui verò retento obſequio manumiſſi ſunt, pro eo quòd à patronis adhuc ſervitute tenentur obnoxij, nullatenus ſunt ad eccleſiaſticum ordinem promovendi; ne, quando voluerint eorum domini, fiant ex Clericis ſervi.

Concil. Tolet. 4. c. 73. Burchard. lib. 2. c. 25.

*Item ex Capitularibus, tit* LXXXIV.

CCCXCV. Si laici Clericos probabilis vitæ & doctrinæ Epiſcopis conſecrandos ſuíſque in Eccleſiis conſtituendos obtulerint, nulla qualibet occaſione eos reiciant.

Concil. Pariſ. lib. 1. c. 22. & lib. 5. Capitular. c. 178.

De ſervorum ordinatione. *Ex eodem, cap.* LXXXII.

CCCXCVI. De ſervorum ordinatione, qui paſſim ad gradus eccleſiaſticos indiſcretè promoventur, placuit omnibus cum ſacris canonibus concordare debere; & ſtatutum eſt ut nullus Epiſcoporum deinceps eos ad ſacros ordines promovere præſumat, niſi priùs à dominis propriis libertatem conſecuti fuerint. Et

Capitulare Aquiſgranenſe Ludovici Pij c. 6. Lib. 1. Capitular. c. 88. Burchard. lib. 2. c. 31. Ivo par. 6. c. 132.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN